

NUMMI III. HONORARIII.

I. LUDOVICO XII. GALLIARUM

REGI, EIUSDEMQUE UXORI ANNÆ BRITTANNÆ,
cultus atq; gratitudinis loco, post occupatum Ducatum

Mediolanensem, & copias feliciter reductas,

à Republica LUGDUNENSI oblatus:

Anno Christi 1500.

II. *Cusus à Rege, ob similem, recepti Mediolani, memoriam.*III. *Imaginem Johannis Trivultij referens, supremi eo in bello Ducis,
& Gallix Marefchalli.*

LUDOVICUS Gallorum Rex nominis ejus XII. ubi primum ex animi sententiâ Regni res composuerat, totus & animo & viribus in bellum Mediolanense insistere cepit: Valentia aviæ nomine, Principatum Mediolanensem, jure sibi delatum hæreditario, contendens. Nec verò, Ludovicus Sfortia, quin magnum bellum à Gallo impenderet, dubitabat. Diu itaque cogitatum paratumque in Mediolani Ducem bellum tandem movit: multisque equitum ac peditum copiis subnixus, & quod Sfortia suis exosuseffet, omnem propè ditionem ejus, sine sanguine, in potestatem redegit. Rectâ enim Mediolanum ducenti, obvios sese effudere cives: & pueri, tanquam patriæ liberatori, ab invisa tyrannide camasserenti,